

Band II., Nr. 317, Seite 19-24

Papst Innozenz II. nimmt das Kloster Weingarten, gleich seinen Vorgängern Urban II. und Paschal II., samt dessen Besitzungen, worunter eine Anzahl namentlich aufgezählt werden, in seinen besondern Schutz und verleiht demselben verschiedene andere Begünstigungen.

Lateran, 1143. April 9.

A.B.
 Innocentius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis Gebear-
do, abbati venerabilis monasterii Winigartensis eiusque fratribus, tam pre-
sentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis
desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devotio celerem
sortiatur effectum. Proinde, dilecti in domino filii, vestris postulationibus
debita benignitate gratum impertientes assensum, prefatum monasterium,
quod nimirum ab illustri viro bone recordationis Welfone, ipsius loci funda-
tore, beato Petro oblatum est, ad exemplar predecessorum nostrorum, Vrba-
ni videlicet et Pascalis, beate memorie Romanorum pontificum, in eiusdem
apostolorum principis ius protectionemque suscipimus, et apostolice sedis
patrocinio comunimus. Statuentes, ut quascumque possessiones, quecum-
que bona idem monasterium inpresentiarum iuste et canonice possidet, aut
in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatio-
ne fidelium sive aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma
vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propri-
is duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam Altorfensem cum decimatione,
ecclesiam de Berga¹ cum decimatione sua, ecclesiam de Bûchorn cum suis ap-
pendiciis. Tornburron, Zunberch cum suis appendiciis. Frenchebach, Hagno-
we, Eilingen². Predium ad Athegbach³, Riethusen, Eichach, Hizcouen, Ruti⁴,
Steinibach, Ruti⁵, in Ôwa⁶, Ethinishouen, Diethboldeshouen⁷, Wison⁸, Hor-
wen, Bwrain, Lutirbrunnon, Barinrieth, Lanchrein, Oberesulgin, Dietewile-
re, Ganbach, Kepfingen, Assaschen⁹. Predium ad Memmingin, Rammungen,

¹Berg, Berg, RV.

²Ober- und Unterailingen.

³Heggbach.

⁴Reute bei Taldorf.

⁵Reute bei Fronhofen.

⁶Eyb, Fronreute, RV.

⁷Ober- und Unterdiepoltshofen.

⁸Ülen = Felz

⁹Ober- und Untereschach, Ravensburg, RV, möglicherweise *ad Scahen*, Schachen,
Baindt, RV.

 Berg, im Gebiet des früheren bayr. LG Mindelheim.

II

Tornidorf, Berga, Ursingen¹⁰, Waltenhouen, Wison¹¹, Einothe, Feltmos, Richenbach, Burengove¹², Braitinwanch. Predium Umste¹³. Pratum¹⁴, Campis¹⁵, ad Senaus¹⁶. Predium ad Las, predium ad Corcis, predium ad Sirna¹⁷, predium ad Ualrain¹⁸, predium ad Blars, predium ad Quarten, predium ad Magis¹⁹, predium ad Le^Owinon²⁰ cum capellis et ceteris appendiciis suis, predium ad Ultun, predium supra Baugigile²¹. Ecclesiam sancti Bangratii²² in Ultun. Predium Thisinis. Vineam ad Nallas. Opolshoven, Hadebrechtishouen²³, Crothebach, Oeschinmosen²⁴, Rüdolfesrieth²⁵, Heinrichesrieth²⁶. Predium ad Bauindorf, predium Enenhouen²⁷, Kippinhorn²⁸, predium ad Corbin, predium ad Gundoltsriutin, predium ad Nasshaha, predium ad Hubichunberch²⁹, predium Walthasen³⁰. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violentia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars consilii sanioris vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerit. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promovendi, ab episcopo, in cuius dyocesi estis, accipiatis, siquidem gratiam atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis catholicum, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta

¹⁰Irsingen.

¹¹Wison, eventuell Wiesen, Wangen im Allgäu, RV oder *Uilon* zu lesen, also Ülen = Felz.

¹²Burggen, WM, nicht Burgau, GZ.

¹³Imst.

¹⁴Brad im früheren LG Glurns, heute in Trentino-Südtirol, Italien. Möglicherweise könnte auch ohne Satzzeichen „die Wiese Campis zu Senaus“ zu gemeint sein.

¹⁵Unermittelt, wohl im Oberinntal oder im Vinschgau in Tirol.

¹⁶Unermittelt, wohl im Oberinntal oder im Vinschgau in Tirol.

¹⁷Tschirland.

¹⁸Wohl ein Hof in der Pfarre Naturns, Trentino-Südtirol, Italien.

¹⁹Ober- und Untermais.

²⁰Ober-, Mittel- und Niederlana.

²¹Pawigl.

²²St. Pankraz (im Ultental).

²³Albertshofen.

²⁴Meuschenmoos.

²⁵Ober- und Unterrussenried.

²⁶Wohl Heretsried.

²⁷Vermutlich verschrieben, deshalb eher nicht Ennahofen, sondern Emmelhofen, Bodnegg, RV.

²⁸Tatsächlich Kippenhorn, nicht Kippenhausen, Immenstaad am Bodensee, FN.

²⁹Hübschenberg, Grünkraut, RV, vielleicht Hübschenberg, Fronreute, RV.

³⁰Ober- und Unterwaldhausen, Unterwaldhausen, RV.

III

suscipere. Preterea mansuro in perpetuum decreto sanctimus, ut nulli omnino hominum liceat in vestro monasterio aliquas proprietatis conditiones, vel hereditario iure advocacionem aut investituram seu quamlibet potestatem, que libertati et quieti fratrum noceat, vindicare. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi quem utiliorem viderint instituunt. Qui si postmodum monasterio inutilis et fratribus fuerit, remoto eo alium preficiant. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum qui illic sepeliri deliberaverint devotioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat; salva matricis ecclesie iusticia. Si quam vero decimam pertinentem ecclesiis, quas habetis vel habebitis a laicis, annuente domino recuperare potueritis, vestris perpetuo usibus mancipandam absque omni episcoporum contradictione censemus, salva episcoporum reverentia. Porro advocato vestro non liceat quicquam de rebus monasterii *aliquid* preter abbatis et fratrum voluntate[m] pro beneficio tradere, aut propriis usibus vindicare, aut publica edificia infra cellam vestram habere. Ad indicium autem percepte a Romana ecclesia libertatis bizantium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolvete. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat iam dictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove conmonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic bone actionis fructum percipiant et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen.
 Datum Laterani per manus Gerardi, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, V. idus Aprilis, incarnationis dominice anno MCXLIII., indictione VI., pontificatus domni Innocentii II. . . . Innocencius episcopus, servus servorum dei. Dilectis filiis Gebeardo, abbati venerabilis monasterii Guinigarthensis eiusque fratribus, tam presentibus quam futuris, regularem vitam professis in perpetuum. Religiosis desideriis dignum est facilem prebere consensum, ut fidelis devocio celerem sorciatur effectum. Proinde, dilecti in domino filii, vestris postulationibus debita benignitate gratum inpercientes assensum, prefatum monasterium, quod nimirum ab illustri viro bone recordationis Guelfone, ipsius loci fundatore, beato Petro oblatum est, ad exemplar predecessorum nostrorum, Urbani videlicet et Pascalii, beate memorie

Romanorum pontificum, in eiusdem apostolorum principis ius protectionemque suscipimus, et apostolice sedis patrocinio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium inpresenciarum iuste et canonice possidet, aut in futurum, concessione pontificum, largicione regum vel principum, oblatione fidelium sive aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Ecclesiam Altorfensem cum decimacione *et familia, decimas quoque novalium in silva Altorfensi excultorum et excolendorum, tam in pratis quam in agris*. Ecclesiam de Berga cum decimacione sua *et omni familia*. *Cellam* de Buchorn cum *ecclesia parochiali et ceteris appendiciis*. *Capellam in Erischirche cum decimatione sua et aliis appendiciis*. *Ecclesiam in Tornburre cum eius investitura et duabus partibus decime*. *Capellam sancti Michahelis in Rauenspurc cum investitura*. Frenchinbach, Hagenowe, Eilingen. Pridium ad Hegebach, Riethusen, Eichach, Hizecouen, Ruiti, Steinbag, Riuti, In Owa, Ethishouen, Diepolteshouen, Vilon, Horwe, Burai, Luterbrunen, Barenrieth, Lancrein, Obersuligun, Diethewilar, Gambach, Kephingen, Ascahe. Pridium Memmingen, Ramungen, Tornidorf, Berga, Vrsingen, Waltenhouen, Wison, Einothe, Veltmos, Richenbach, Burengowe, Braitenwanch. Pridium Vmiste. Pratum, Campis, ad Senaus. Pridium ad Las, pridium ad Corcis, pridium ad Sirna, pridium ad Valrein, pridium ad Blairs, pridium ad Quarten, pridium ad Magis, pridium ad Lõnun cum *suis capellis sancti Osuualdi videlicet et sancti Georgii*. *Capellam super Brunesperc et super Buwigel cum ceteris appendiciis*. Pridium ad Ultun, pridium supra Baugigile. Ecclesiam sancti Pancracii in Ultun cum investitura. Pridium supra Thisinis. Vineam ad Nallas. Zumberc cum suis appendiciis. *Ecclesiam in Riet cum investitura*. Opolteshouen, Hadeprehteshouen, Crotebach. *Pridium in Husechirche cum pascuis et piscinis et ecclesie investitura*. *Pridium in Fuligunstat cum appendiciis et ecclesie investitura*. *Pridium in Berngartruti cum investitura ecclesie*. Eschimose, Rudolfesriet, Hei[n]richesriet. Pridium ad Bafendorf, *Creigeberc, Stelinunriet*³¹. Pridium Enenhouen, Kippenhorn. Pridium ad Corben, pridium ad Guntoltesruti, pridium ad Nashaha, pridium ad Hubechuperc, pridium Walthusen. Obeunte vero te, nunc eiusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia vel violencia preponatur, nisi quem fratres communi consensu vel fratrum pars sanioris consilii vel de suo vel de alieno, si oportuerit, collegio secundum dei timorem et beati Benedicti regulam elegerit. Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium sive basilicarum, ordinationes monachorum, qui ad sacros fuerint ordines promouendi, ab episcopo, in cuius dyocesi estis, accipiatis, siquidem gratiam

³¹Stellenriet oder Hinterstellenried, heutzutage Hübschenberg, Tettngang, FN.

atque communionem apostolice sedis habuerit, et ea gratis et sine pravitate voluerit exhibere. Alioquin liceat vobis, quem malueritis, adire antistitem et ab eo consecrationum sacramenta suscipere. Preterea *concedimus presentis privilegii auctoritate, ut omnes servi vestri suscipiant a vobis spiritualium sacramenta, et cuique fideli in parochia Altorfensi unctionem sancti olei nullus vos exhibere prohibeat. Cella vero vestra tali dignitate gaudeat redimita, ut si quis infra eius septa alteri manus iniecerit violentas, huius privilegii decreto, cum fuerit ei intimatum, ex ipso facto excommunicationis noverit se vinculo innodatum, cuius absolutionis dispensatio, cum proinde satisfecerit, abbati sit indulta. Insuper* mansuro in perpetuum decreto sanctimus, ut nulli omnino hominum liceat in vestro monasterio aliquas proprietatis condiciones, vel hereditario iure advocacionem, aut investituram, seu quamlibet potestatem, que libertati et quieti fratrum noceat, vindicare. Abbas sane cum fratribus advocatum sibi, quem viderint utiliorem, instituant. Qui si postmodum monasterio et fratribus inutilis fuerit, remoto eo alium preficiant. Sepulturam quoque eiusdem loci liberam esse decernimus, ut eorum, qui illic sepeliri deliberaverint, devocioni et extreme voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat; salva matricis ecclesie iusticia. Si quam vero decimam pertinentem ecclesiis, quas habetis vel habebitis a laicis, annuente domino recuperare potueritis, vestris perpetuo mancipandam usibus absque omni episcoporum contradictione censemus, salva episcoporum reverencia. Porro advocato vestro non liceat quicquam de rebus monasterii alicui preter abbatis et fratrum voluntatem pro beneficio tradere, aut propriis usibus vindicare, aut publica edificia infra cellam vestram habere. Ad indicium autem percepte a Romana ecclesia libertatis bisancium unum nobis nostrisque successoribus annis singulis persolveteis. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat iam dictum monasterium temere perturbare, aut eius possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur, eorum pro quorum sustentacione et gubernacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura, salva diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularisve persona, hanc nostre constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo terciove commonita si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini *redemptoris* nostri Ihesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districte ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura servantibus sit pax domini nostri Ihesu Christi, quatinus et hic bone actionis fructum *beatum* percipiant et apud districtum iudicem premia eterne

pacis et gaudia inveniunt. Amen. Amen. Amen.

 (*Rundzeichen.*)^a
 Ego Innocencius, catholice ecclesie episcopus, subscripsi. (*Monogramm für Bene valete.*) + Cunradus, Sabinensis³² episcopus, subscripsi. + Ego Albericus, Ostiensis episcopus, supscripsi. + Ego Stephanus, Prenestinus episcopus, subscripsi. + Ego Gregorius, diaconus cardinalis sanctorum Sergii et Bachi, subscripsi. + Ego Imarus, Tusculanus episcopus, supscripsi.^b + Ego Guido, sancte Romane ecclesie indignus sacerdos, subscripsi. + Ego Gregorius, presbyter cardinalis sancte Marie trans Tiberim. + Ego Gozo, presbyter tituli sancte Cecilie, subscripsi.

 Datum Laterani, per manum Gerardi, sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis ac bibliothecarii, V. idus Aprilis, incarnationis dominice anno MCXLIII., indictione VI., pontificatus vero domni^c Innocencii II. pape anno XIII.^d

—

Von diesen beiden hier abgedruckten Texten ist der erste (A.) dem schon früher bei Urkunde Nr. 244 (WUB, Bd. I, S. 301, Anm.) beschriebenen s.g. *Codex minor Traditionum Weingartensium*, S. 10–14, der zweite (B.) dem angeblichen Original der Bulle entnommen. Der letztere ist, wie unten nachgewiesen werden wird, entschieden falsch. Gegen die innere Echtheit des ersten könnte, abgesehen von dem eben bemerkten Umstände, dadurch ein Zweifel entstehen, dass darin wie im zweiten auch des Schutzes Erwähnung geschieht, welchen Papst Urban II. dem Kloster Weingarten verlieh. Die unter den Urkunden dieses Klosters noch vorhandene und oben (WUB, Bd. I, S. 310) abgedruckte Bulle, worin dieses geschieht, ist nämlich, wie dort gezeigt wurde, ebenfalls unterschoben, und es kann nicht angenommen werden, dass Innozenz II. diese unterschobene Bulle bestätigt habe. Ebenso

^aMit *Sanctus Petrus* und *Sanctus Paulus* in den beiden oberen und *Innocencius papa II.* in den beiden unteren Kreisabschnitten, sowie mit dem Denkspruch *Adiuua Nos deus Salutaris noster* als Rundschrift.

^bVon den vorangehenden fünf Unterschriften der Kardinäle stehen die drei ersten untereinander, die vierte mit der ersten, die fünfte mit der dritten auf gleicher Linie und alle fünf zwischen dem Rundzeichen und dem Monogramm. Die folgenden Unterschriften stehen in der ganzen Breite der Urkunde in einer Linie nebeneinander. Die Hand ist bei allen dieselbe, ebenso die Form der vorangesetzten Kreuze und des in Abkürzung beigesetzten *subscripsi*. An dem Federzug beim letzten Kreuz ist deutlich zu erkennen, dass der Schreiber die Bedeutung der Abkürzung nicht verstand.

^cAbweichend vom sonstigen Gebrauch, in dieser Schlussformel lediglich *dni* mit übergesetztem Abkürzungsstrich.

^dDie drei letzten Worte sind in Text A aus Versehen des Abschreibers ausgefallen, der die Zahl II für das Regierungsjahr genommen zu haben scheint. Es ist XIII statt XIII zu lesen, was mit 1143, der Indiktionszahl 6 und der Regierungszeit dieses Papstes (1130 Febr. 15 – 1143 Sept. 24) übereinstimmt.

³²Die Bischöfe von Sabina (Landschaft) hatten ihren Sitz in Poggio Mirteto, Latium, Italien.

wenig ist aber andererseits ein Grund vorhanden, den erwähnten ersten Text an und für sich genommen, so wie die weitere oben (WUB, Bd. I, S. 336) nach dem Original mitgeteilte Bulle Paschals II., worin desselben Schutzes durch Urban II. gedacht wird, für gefälscht zu halten. Die Lösung des anscheinenden Widerspruchs liegt einfach in der Annahme, dass neben der unechten Bulle Urbans auch eine echte vorgelegen habe, welche durch ebenfalls echte Bullen seiner beiden Nachfolger bestätigt worden sei. Einen Beleg für die Richtigkeit dieser Annahme liefert nun gerade der Fall der beiden hier vorliegenden verschiedenen und deshalb einander ausführlich gegenüber gestellten Urkundentexte. So entschieden nämlich alle Anzeigen für die innere Echtheit des ersten sprechen, so gewiss muss das angebliche Original des zweiten für falsch erkannt werden. Unter anderem kann die Schrift, bei aller offenbar angewendeten Sorgfalt, die Spuren künstlicher Nachbildung nicht verleugnen. Handgreiflich falsch ist ferner die an rot- und gelbseidener Schnur anhängende Bleibulle, auf welcher Schriften und Bilder nicht durch den Stempel eingedrückt, sondern eingeschnitzt sind, und am oberen Rand befindet sich überdies ein Öhr, durch welches die Anhängeschnur gezogen ist. Unter den mit Kursivschrift oben abgedruckten, abweichenden Stellen des zweiten Textes (für die Unterschriften blieb der gewöhnliche Druck) trägt sodann zunächst das Einschiesel *concedimus* bis *Insuper* den Ausdruck der Unechtheit an der Stirn und die beigesetzten Worte *beatum* hinter *fructum* und *et gaudia* hinter *pacis* gegen das Ende möchten wohl vergebens in der Schlussformel irgend einer ungefälschten päpstlichen Bulle gesucht werden. Erwägt man nun, 1) dass die in beiden Texten gleichmäßig aufgezählten Güter (soweit dies der Fall ist) in unzweifelhaften echten Urkunden des 13. Jahrhunderts in ziemlich ähnlicher Weise als Eigentum des Klosters genannt werden, dass ferner ein großer Teil derselben (wie z. B. die tirolischen Güter) erweislich vor Innozenz an das Kloster kamen, von den übrigen aber überhaupt nicht bekannt ist, wenn sie dahin gestiftet wurden. Erwägt man 2) dass die Einschaltungen im zweiten Texte (B) sich einfach erklären, wenn diese eben nur als Fälschungen betrachtet werden, welche der Urheber der auch äußerlich falschen Bulle, so wie er es seinem Zweck angemessen erachtete, einschob, während sich umgekehrt für die Auslassung dieser großenteils sehr wesentlichen Stellen, wenn sie wirklich in einem Original vorhanden waren, im ersten Texte (A) und in einer Handschrift wie die beschriebene überall kein genügender Grund absehen lässt, so wird wohl die oben ausgesprochene Annahme als gerechtfertigt und damit der anscheinende Zweifelsgrund als gehoben zu betrachten sein. Vgl. JULIUS VON PFLUGK-HARTTUNG: Scheinoriginale deutscher Papsturkunden. In: Forschungen zur deutschen Geschichte 24 (1884), S. 426-444, S. 442, mit weiteren Ausführungen darüber, dass es sich bei dem angeblichen Original der Bulle um eine Nachbildung handle. Aus welcher Zeit die gefälschte Bulle herrühre, lässt sich, vorerst wenigstens, nicht mit Sicherheit bestimmen. Jedenfalls wird sie für jünger zu halten sein als die noch vorhandene Quelle des ersten. Dass übrigens der zweite Text ebenso noch wie der erste das wirkliche Original vor sich gehabt habe, möchte unter anderem auch aus der Form der Ortsnamen hervorgehen, welche bald in

VIII

dem einen, bald in dem anderen treuer erhalten zu sein scheinen.

 Die Urkunde behandelt auch EWALD GUTBIER: Das Itinerar des Königs Philipp von Schwaben, Langensalza 1912 im Kontext der Weingartner Urkunden in seiner Untersuchung zum Itinerar des Königs Philipp von Schwaben, S. 71 ff. und S. 9, Anm. 2. er weist nach, dass der Codex trad. maior (vgl. WUB, Bd. IV, Anhang), der unter Abt Konrad 1242–1266 angelegt ist, als Grundlage der klösterlichen Fälschungen (zwischen ca. 1266 und 1274) gedient hat und vertritt die Ansicht, dass das Kloster damals noch im Besitz seiner echten Privilegien war und sie als Vorlagen für die Fälschungen verwendet hat.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 515 U 63

Überlieferung und Textkritik:

Codex minor traditionum Weingartensium, S. 10–14.

Regesten:

PHILIPP JAFFÉ (HRSG.): Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII, 2. verb. und verm. Aufl. bearb. von Samuel Löwenfeld, Ferdinand Kaltenbrunner und Paul Ewald, 2 Bde., Leipzig 1885-88 8355. Germania pontificia, Bd. 2,1, S. 228, Nr. 5.

Literatur:

Gutbier: Itinerar Philipps von Schwaben, S. 71ff. und S. 9, Anm. 2.
Pflugk-Harttung: Scheinoriginale, S. 442.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Lateran

Ortsindex:

Aichach Wohnplatz (19210)
 Aichach, Berg, RV
 Albertshofen Wohnplatz (20018)
 Albertshofen, Ravensburg, RV
 Bannried Wohnplatz (20266)
 Bannried, Waldburg, RV
 Bavendorf Wohnplatz (20024)
 Bavendorf, Ravensburg, RV
 Berg (Regierungsbezirk)
 Berg Wohnplatz (19217)
 Berg, RV
 Berg, Türkheim, MN
 Bergatreute Wohnplatz (19268)
 Bergatreute, RV
 Brad
 Braunsberg (Ruine), Lana, Trentino-Südtirol, Italien
 Breitenwang, Tirol, Österreich
 Burach Wohnplatz (20169)
 Burach, Ravensburg, RV
 Burgau, GZ
 Burgen, WM
 Campis
 Derndorf, Kirchheim in Schwaben,

MN
 Dietenweiler Wohnplatz (18664)
 Dietenweiler, Amtzell,
 RV
 Dornbirn, Vorarlberg, Österreich
 Einöd : Fronhofen,
 Fronreute RV
 Einöd Wohnplatz (20995)
 Emmelhofen Wohn-
 platz (19316)
 Emmelhofen, Bodnegg, RV
 Ennahofen Wohn-
 platz (16668)
 Ennahofen, Allmendingen, UL
 Eriskirch Wohn-
 platz (17808)
 Eriskirch, FN
 Ettishofen Wohnplatz (19220)

 Ettishofen, Berg, RV
 Eyb Wohnplatz (20997)
 Eyb, Fron-
 reute, RV
 Feldmoos Wohnplatz (20998)
 Feldmoos, Fronreute,
 RV
 Felz Wohnplatz (20046)
 Felz, Ravensburg, RV

 Frenkenbach Wohnplatz (17969)
 Frenkenbach, Immenstaad am
 Bodensee, FN
 Friedrichshafen FN
 Friedrichshafen Gemein-
 de (17846)
 Fulgenstadt Wohnplatz (21300)
 Fulgenstadt, Bad
 Saulgau, SIG
 Gambach Wohnplatz (19277)
 Gambach, Ber-
 gatreute, RV
 Groppach Wohnplatz (19432)
 Groppach, Grün-
 kraut, RV
 Gunatsreute Wohnplatz (21004)
 Gunatsreute,
 Fronreute, RV
 Hagnau am Bodensee Wohnplatz (17923)

 Hagnau am Bodensee, FN
 Heggbach Wohnplatz (17376)

 Heggbach, Maselheim, BC
 Heretsried, A
 Hitzkofen Wohn-
 platz (21051)
 Hitzkofen, Bingen, SIG
 Horb Wohnplatz (19228)

 Horb, Berg, RV
 Hoßkirch Wohnplatz (19475)
 Hoßkirch, RV

 Hübschenberg Wohnplatz (18328)
 Hübschenberg Wohnplatz (19438)

 Hübschenberg Wohnplatz (21006)
 Hübschenberg, Fronreute, RV

 Hübschenberg, Grünkraut, RV
 Hübschenberg, Tettngang, FN

 Imst, Tirol, Österreich
 Irsingen, Türkheim, MN
 Kippen-
 hausen Wohnplatz (17972)
 Kippenhausen, Immenstaad am Bo-
 densee, FN
 Kippenhorn, Immenstaad am Bodensee, FN, A

 Korb Wohnplatz (21007)
 Korb, Fronreute, RV
 Kortsch, Schlan-
 ders, Trentino-Südtirol, Italien
 Krähenberg Wohnplatz (20432)

 Krähenberg, Wangen im Allgäu, RV
 Köpfingen Wohnplatz (19184)

 Köpfingen, Baienfurt, RV
 Laas, Trentino-Südtirol, Italien

 Langrain Wüstung (24114)
 Langrain, Waldburg, RV, W

 Lauterbrunn, Heretsried, A
 Memmingen, MN
 Meuschen-
 moos Wohnplatz (19449)
 Meuschenmoos, Grünkraut, RV

 Mittellana, Lana, Trentino-Südtirol, Italien
 Nals, Trentino-Südtirol,
 Italien
 Nassach Wohnplatz (20581)
 Nassach, Wilhelmsdorf,
 RV
 Niederlana, Lana, Trentino-Südtirol, Italien
 Oberailin-
 gen Wohnplatz (17895)
 Oberailingen, Friedrichshafen, FN

 Oberdiepoltshofen Aufgegangen (24075)
 Oberdiepoltshofen, auf-
 geg. in Berg RV
 Obereschach Wohnplatz (20107)
 Obere-
 schach, Ravensburg, RV
 Oberlana, Lana, Trentino-Südtirol, Ita-
 lien
 Obermais, Meran, Trentino-Südtirol, Italien
 Oberrus-

senried Wohnplatz (18132)
 Oberrussenried, Neukirch, FN
 Obersulgen Wohnplatz (20112)
 Obersulgen, Ravensburg, RV
 Oberwaldhausen Wohnplatz (20212)
 Oberwaldhausen, Unterwaldhausen, RV
 Oppeltshofen Aufgegangen (24105)
 Oppeltshofen, aufgegeg. in Ravensburg RV
 Ostia, Latium, Italien
 Palestrina, Latium, Italien
 Pawigl, Lana, Trentino-Südtirol, Italien
 Plars, Algund, Trentino-Südtirol, Italien
 Quadrathöfe, Algund, Südtirol, Italien
 Rammingen, MN
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Reichenbach Wohnplatz (17085)
 Reichenbach, Bad Schussenried, BC
 Reute bei Taldorf Wohnplatz (20122)
 Reute bei Taldorf, Ravensburg, RV
 Reutestraße : Fronhofen, Fronreute RV
 Reutestraße Wohnplatz (21015)
 Ried Wohnplatz (21016)
 Ried, Fronreute, RV
 Riedhausen Wohnplatz (20175)
 Riedhausen, RV
 Rom, Latium, Italien
 Sabina
 Schachen Wohnplatz (19204)
 Schachen, Baidt, RV
 Senaus
 St. Pankraz, Trentino-Südtirol, Italien
 Steinenbach Wohnplatz (18367)
 Steinenbach, Tettnang, FN
 Tschirland, Naturns, Trentino-Südtirol, Italien
 Tusculum, Latium, Italien, W
 Ulten, Trentino-Südtirol, Italien
 Unterailingen Wohnplatz (17907)
 Unterailingen, Friedrichshafen, FN
 Unterdiepoltshofen Aufgegangen (24076)
 Unterdiepoltshofen, aufgegeg. in Berg RV
 Untereschach Wohnplatz (20147)
 Untereschach, Ravensburg, RV
 Untermais, Meran, Trentino-Südtirol, Italien
 Unterrussenried Wohnplatz (18139)
 Unterrussenried, Neukirch, FN
 Unterwaldhausen Wohnplatz (20216)
 Unterwaldhausen, RV
 Vallrayer Hof, Naturns, Trentino-Südtirol, Italien
 Waltenhofen, OA
 Weingarten RV
 Weingarten Gemeinde (20557)
 Weingarten Wohnplatz (20565)
 Weingarten, RV
 Wiesen Wohnplatz (20545)
 Wiesen, Wangen im Allgäu, RV
 Zaumberg, Immenstadt im Allgäu, OA